



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Decretum. III.

Litaniae maiores restituta. IN multis ijs, quæ à sancta Dei Ecclesia piè instituta, temporum vicio sunt in nostra hac vrbe & diœcesi antiquata; litaniae maiores sunt: quas Summus Pontifex, & sanctissimus vir Gregorius primus iustissima quidem causa sancte instituit, atque in uniuersa Christiana republika vii. Cal. Maii, qui dies sancto Euagelistæ Marco dicatus est, eas agi ac celebrari voluit. Illarum pium usum in hac nostra Mediolanensi Ecclesia semel introductum, ac diu à maioribus nostris sancte seruatum, quibusdam etiam certis statutis nomine Ecclesie, in quibus festo illo S. eti Marci die, & stationes essent, & supplicationes haberentur: eum eis temporibus cum penè ita intermissum videamus, ut nullum pristinæ institutionis vestigium appareat; nos propterea, qui pro cura pastorali quam gerimus, audi atque appetentes sumus omnis p[ro]i[st]i[ct]i[on]is instituti vrbe ac diœcesi nostra, retinendi non solum sed etiam restituendi, & quantum in nobis est amplificandi, illud edicimus ac iubemus, ut festo eo D. Marci die, signo campanæ dato, cleris secularis urbanus qui litanias minores obire solet ac debet, ijs uniuersus superpellicieis & alijs solitis in hoc munere obiendo ornamentiis induitus (id quod in ceteris supplicationibus moris est) ad Metropolitanam nostram Ecclesiam, cōueniat; vnde prefectus post Missæ sacrificium, solenni titu, sanctisque precibus ad statas eas Ecclesiæ procedat, que antiqui auctoris Peroldi libro descriptæ sunt: hocq[ue] processionis officio perfunditus, ad eam ipsam Metropolitanam Ecclesiam ordine redeat.

Qui vero sacerdotes eo ipso D. Marci die nonnullis in Ecclesiæ extra Portæ Romanæ fines supplicationes quasdam habere solebant; ijs abrogatis, ad has solemnies obeundas, quas in pristinum statum restituiimus, conueniant ita ut cæteri omnes.

Clerus autem diœcesanus, in ea quæque Ecclesia, in quam ob litanias minores cōvenire solet, frequens adit ad hoc obeundum christianæ pietatis officium; ceteraque ut in illis solet, in his etiā pre-

stet; ea int̄imi animi pietate, religiosisque preceptionibus, quibus Deus Opt. Max. placatus, tum in rebus aduersis huc populum adiuet; tum maxime ab ijs calamitatibus, ijsq[ue] ærumpis perpetuò cōseruet, quarum causa illæ supplicationes instituta primum sunt.

Volumus autem à parochis die domino, qui festum diem sancti Marci precedit, fideles admoneri piè ac diligenter, ut ad has litanias ipsi frēquentes accendant.

Decretum. IIII.

DIES festus sancti Thomæ Aquinatis, qui incidit in Novas Martij quo tempore Quadragesimæ ieiunium agitur, veritu & ambrosiano inita aliqua ratione piè ac sancte celebrari possit, quemadmodum S. D. N. Pij Quinti Pontificis Maximi constitutione iussum est; eo die celebretur, quem certum postro Calendario quotannis prescribemus; eiusque celebritas ita agatur, & officium dicitur, quemadmodum de reliquis quatuor Ecclesia Doctoribus ritu Ambrosiano dici solet.

Cathedra item Sancti Petri Apostoli qua primum Romæ sedet, quæ ex veteri Ecclesiæ instituto xv. Cal. Februarioi celebrari solebat, intermissa iam diu, quoniam à Paulo Quarto Pontifice Max. sancte renovata est, in hac nostra & vrbe & diœcesi celebretur eo ipso die quotannis Calendarij nostri ratione.

Decretum. V.

CVM officijs Ambrosiani rationem ac normam vel antiquissimam esse constet, quam ab ipso Sancto Ambroso institutam ac præscriptam Sanctus Eugenius Episcopus omni & doctrina & pietatis ratione retineri studuit; vt etiam cōseruata est perpetuo catholicæ Ecclesiæ consensu nos propterea, qui Dei, & Apostolice Sedis gratia Mediolanensis Ecclesiæ administrationi præfumus, omniratione curare debemus, ut prædicta huius Ecclesiæ instituta, veteresq[ue] ritus, atque adeo ab ipso S. Ambroso introducti retinantur, & cōseruentur. Hoc igitur tempore cùm Breuiarium Romanum ex sacra sancti Tridetini Cœcili decreto restitutu, nuper Pij V. Pontificis Maximi iussu

Festus dies
S. Thomæ,
& Cathedra S. Petri
Roma.

Horæ canonicæ & Mis sa ritu Ambrosiano di cenda.

Synod. Diœces. II.

in lucē prodierit; eoq; edito ipsius Summi Pontificis literis interdictum sit, nē reliqua, qualia sint Breuiaria, que diuinis ab hiac annis in usum & consuetudinem introducta sunt, ad diuinam officia in posterum adhibeantur; illudque in primis abrogatum sit, quod à Francisco Quignonio tit. Sanctæ Crucis in Ierusalem presbytero Cardinale conscriptum fuit: nos propterea ut & exequamur quod ab ipso Sanctissimo Pontifice pie sanctitati est, & antiquos in canoniciis horis & diuinis officijs nostræ Mediolanensis Ecclesiæ ritus, totamque ipsam Ambrosiani Breuiarij rationem consideremus; illud vniuersis & singulis ijs clericis qui Ambrosiano more diuinam officia obire debent; vel quia ecclesiastica beneficia obtinent, in quibus hoc ipsum ritu moreq; illa dicuntur; vel quia ipsi adiuti sunt Ecclesijs eodem Ambrosiano rito vtentibus; vel quia sacris ordinibus initiati, in huius urbis aut diœcessis clero adscripti sunt: ijs edicimus atque iubemus, vtne ad illius Quignoniani, sed ad ipsius Ambrosiani Breuiarij prescriptum canonicas horas & diuinam officia deinceps præsent. Quod si secus ab eis factum erit; eas poenas illos subire decernimus, que Lateranensi Concilio a Leone X. Pontifice Max. & Provinciali nostro Synodo cōtra clericos constitutæ sunt, qui canonicas horas intermitunt.

Stell. 9 cap. 9
provincie. 1.
par. 2. de cā.
horis nō in
termitt pag.
39.

Vt verò in illis vna eademq; certissima prescripta ratio seruetur; illi ipsi omnes & singuli octo ad summum post diem Natalem Domini diebus Calendariū habeant, quod anno sequenti accō modarum, nostraque auctoritate consestum, quotannis in lucem emitteret.

Nē in secularibus vllis Ecclesijs, etiā si clericatus capellæ sine, qua vel ad ius patronatus, vel ad sodalitatem aliquam pertineant, aut oratoria item sine fine publica sine priuata, liceat (nisi facultate scripto à nobis data, quam nulla alia nisi graui causa concedemus) alio ritu quam Ambrosiano Missam aliave diuinam officia dici: modò tamen parochiales Ecclesijs non sint, que intra suos fines capellas, clericatus, oratoriavē habent; in hisq; ipsis ex veteri illarū instituto diuinam officia celebrent alio ritu.

Decretum. VI.

QVIBVS in Ecclesijs Missæ com- plures celebrantur; earum Rectores la- cristave libro confecto sacerdotum in eisdem concessu nostro celebrantium no- mina describant, notato etiam nostrorum literarum die, quarum auctoritate id illis permisum sit. Confecto autem sex mensium spatio postquam illæ lite- ræ datae sunt, ne celebrare illos patian- tur, qui eius rei facultatem non renoua- uerint.

Vtq; facile cognosci liceat, an sacer- dotes qui in ipsis Ecclesijs Missas certo quodam præscripto numero celebrare debent, hoc ipsum munus omnino præ- sent; ob ea causam, præter cetera quæ in huius rei diligentia pleriq; in Eccle- sijs præscriptissimis, ipsi etiam Ecclesiarii Rectores, aliijve ad quos hoc sanè spe- ciat, librum alterum conficiant, curenq; ut in eo ipsis præsentibus eiusmodi sacer- dotes, cum ab altari redierint, manu sua, & diem quo in illis celebrarint, & no- men suum notent.

Si quis verò eas Missas celebrare ne- glexerint prætermiserintve; eorum no- mina idem, qui in urbe sunt, ad nos; qui verò in diœcessis, ad Vicarium Foraneum cui quisque eorum subiectus est, completo mensis tribus post diebus ad summum mensis proximè inuenitis deferant, ut ne- ligentes sue debitas poenas luant.

Quod si Rectores, Sacristæ, aliijve ad quos hoc pertinet, in eo negligentes fuerint, quod eo ipso præscripto tempore ta- les non detulerint; mulcentur his sum- ptibus, qui satis erunt ad eleemosinam sacerdotibus totidem Missas celebrantib- us distribuendam; quod si sacerdo- tes, quorū hoc celebrationis munus in- tererat, celebrare prætermiserint.

Si verò in alijs ipsis rebus quas supra ex- diximus, ullam negligentiam admis- sient; poena mulcentur arbitratu nostro.

Decretum. VI.

QVIBVS in Ecclesijs, vel quia cer- ti dies festi aguntur, vel quia indulgen- tie indictæ sunt, vel alia de causa Missæ complures celebrantur, quā alij solent die- bus; tune in ijs ob Missæ celebrationem ne sacerdoti cuiquā eleemosinas flagita- re accipere liceat, eam si ei ipse illo

Eleemosinae
pro missarū
celebratio-
ne oblate
quo pacio
distribue-
dx.

A 4 nomi